



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

8. Aliud eiusde[m] arguméti exemplu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

deposuit. Cùm tempore virginitalis suae, cuidam ex civibus famula-  
retur, accidit, ut uxor illius gravi dolore capitis langueret: pro cuius  
curatione, cùm quadam mulier accessisset, & suis carminibus & certis  
praxibus mitigare dolorem haberet, Ego (inquit) eius practicam dili-  
genter obseruabam, perspexiq̃, quòd contra naturam aqua fusa in  
scutellam quamdam, ipsa aqua in ollam aliam ascendisset, cum alijs  
ceremonijs, qua recitare opus non est, consideransq̃, quòd ex illis dolor  
capitis in domina non mitigaretur, aliquantisper indignata, hac uerba ad  
maleficam protuli: Vos non facitis nisi superstitiosa, & hoc propter  
commodam uestram. Tunc malefica statim subiunxit: An sim supersti-  
tiosa, uel non, tertia die tu senties, quod rei probauit euentus. Nam  
tertia die mane, me sedente, & fusum apprehendente, tantus dolor subito  
corpus meum inuasit, primò in interioribus, ut non esset pars corporis,  
in qua non punctiones horribiles sentirem: Secundo, non aliter mihi  
uidebatur, nisi quòd continuè igniti carbones capiti meo superfunde-  
rètur: tertio in cute corporis, a vertice usq̃, ad plantam pedis, non  
fuisse spatium acis, ubi non fuisset pustula sanie repleta. Sicq̃, in his  
doloribus euilando, & tantummodo mortem optando usq̃, ad diem  
quartum restiti. Tandem maritus dominae meae, ut stabulum quoddam  
intrarem injunxit. At ego paulatim incedendo, eo precedente, dum  
ante ostium stabuli eramus: Ecce, inquit ad me, pecia panni albi super  
ostium stabuli. At ego: Video. Tunc ille: quantum potes remone, quia  
forte melius habebis. Tunc ego quantum potui, uno brachio me ad  
ostium tenente, cum altero peciam apprehendi. Aperias, inquit dominus,  
& considera diligenter ibi reposita. Tunc ibi peciam solni, plura ibi in-  
clusa reperi, praecipuè autem grana quadam alba, ad modum, quae  
pustula corpori inerant meo, femina quoq̃, & legumina, quorum simi-  
lia nec edere poteram, aut intueri, cum ovis serpentum, & aliorum  
animalium intuita sum. Et sic stupefactus dum inquirerem à domino,  
quidnam agendum foret? ut in ignem cuncta projicerem, injunxit.  
Projeci: & ecce subito non post hora spatium, aut quartale, sed in mo-  
mento, ut res illae in ignem fuerant projectae, omnem sanitatem pristina-  
nam recuperari.

## VIII.

Idem subdit. Mulier quadam maritata, & honesta accessit,  
& juxta juris formam ut supra deposuit. Retro domum, inquit,  
habeo uiridarium, est & ibi contiguus hortus vicinae meae, Unde cùm  
quandam

quadam die transiitum fieri ex horto vicine ad viridarium meum non absq; damno perspexissam, stans in ostio viridary, & apud me ipsam conquerendo, & querulando, tam de transitu, quam de damno: vicina subito superuenit, & an suspectam haberem, inquisiuit. At ego territa, propter malam eius famam nihil aliud, nisi hec verba protuli: Gressus in graminiibus damna demonstrant. Tunc illa indignata, quia ad eius forte beneplacitum, me litigiosis verbis cum ea implicare volebam, abscessit cum murmure, & verba, que protulit, licet audirem, intelligere non potui. Post paucos vero dies, ingens mihi infirmitas incidit, cum doloribus ventris, & acutissimis torsionibus a latere sinistro versus dextrum, & vice versa, quasi duo gladij essent pectori infixi, & sic die noctuq; clamoribus vicinos omnes alios inquietavi, & confluentibus hinc inde pro consolatione, accidit ut luti sigulus prasaiam vicinam, & maleficam adulterino flagitio habens in amasiam, simili modo visitationis gratia accederet, & infirmitati mea compatiens post verba consolatoria abscessit. Sequenti tamen die festine redyt, & inter alia consolatoria subjunxit: Experimentum capiam an ex maleficio vobis hec infirmitas contigerit, quod si sic repertum fuerit, sanitatem vobis recuperabo. Accepto ergo plumbo liquefacto, & me in lecto recumbente plumbum in scutellam aqua plenam super corpus meum appodiando infundit, & ubi quadam imago, & figura diuersarum rerum ex plumbo congelato apparuissent, ecce, inquit, ex maleficio vobis hec contigit infirmitas, & super limen ostij domus una pars instrumentorū malefici continetur: accedamus ergo, & illis amotis melius sentietis, sicq; maritus meus cum eo pariter ad tollendum maleficium accedunt, & luti sigulus limen eleuans marito injunxit, ut manum in foueam, qua apparuerat, mitteret, & quacumq; inueneret, extraheret: quod & fecit, nam primo imaginem, quamdam ceream, in longitudine vnus palma, vndiq; perforatam, habentem duas acua ex aduerso per latera, ad medum, quo ipsa punctiones a sinistro latere vsq; ad dextrum, & e conuerso per se ferat, extraxit: deum pecias panniculorum diuersas, & plurima, tam grana, quam semina, & ossa continentes, si q; illi in ignem coniecit, ego conalui sed non ex toto, nam licet tortura, & punctiones cessassent, appetitusq; comedendi redyisset, ex integro tamen pristina sanitati vsq; in prasens minime sum restituta. Vnde hoc quarebam quod pristina sanitas non redibat: Respondit: sunt & alia instrumenta alibi abscondita, que in-

uenire

uenire nō valeo. Et qualiter prima instrumēta reposita agnouisset, dum  
ingrerē, respōdit, ex amore, quo amic⁹ amico reuelare solet, hæc cognoui.

## IX.

Rarissimum est, vt fæminæ, licet alioqui satis loquaces, sese  
in hoc crimine manifestent, callidissimè hoc crimen nōrunt,  
occultare. Sed amantes, quid non possunt à se mutuò extor-  
quere? & socius socio quid non reuelat? Itaque & hæc Canidia  
figulo, quem non odit, artes suas Colchicas prodidit, quas pro-  
ditas ille destruxit, hoc solo in opere mala familiaritate bene  
v̄sus. Porrò modus ille nocendi, per imagines, & antiquus est, &  
prò dolor, nondum antiquatus. Etsi enim Buchananus neget  
hoc genus, apud vetustiores inueniri, tamen perspicuè de Medea  
saga Ouidius canit :

Buchanan.  
l. 6. hist. Scot.

Ouid. epist.  
Hypsipiles,

Tacit. lib. 2.  
Annal.

Apul. lib. 3.  
de asino.

Zachar. Vice-  
com. part. 1.  
e. complemen-  
ti artis exor-  
cisticae, do-  
ctrina 5.

*Deuouet absentes; simulacrag, cerea, fingit,*

*Et miserum tenues in jecur urget acus.*

& Tacitus de scelere Pisonis, & morte Germanici scribit: *Repe-  
riantur solo & parietibus eruta humanorum corporum reliquia,  
earmina & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis inscul-  
ptum, semivsti cineres, & tabe obliti, aliaq, maleficia, queis creditur  
animas numinibus infernis sacrari.* Ex quo intelliges, quid sint la-  
mine ignorabiliter litterata, scilicet verbis peregrinis inscriptæ;  
itemque morem nostrarum sagarum, antiquis sceleribus respon-  
dentem. Hæ enim cum lædere volunt, solent non tantum effi-  
gies eiusmodi in nomine Beelzebub baptizare, verum etiam,  
nomen illis indere eius, quem cruciare vel necare constituerunt.  
Traijciunt autem eiusmodi imagines clavis, vel acubus, non  
quod illæ acus; aut clavi vim habeant nocendi, per se, sed quia  
sic voluntatem suam ex pacto cum dæmone inuito manifestant;  
qui inde eorum malitiæ obsequens, si Deus permittit, cetera  
peragit, quæ ad hominem aliquem vlcere pessimo percutiendum  
requiruntur. Sic, teste Zacharia Vicecomite: *Rome accidit, vt  
quidam fullo maleficiatus venires ad me, ad petendum auxilium cuius  
domum ego unâ cum eius familiaribus ingressus cum subuertissem, in-  
ueni, in quodam tinctura vase face pleno, figuram ceream clauo ferreo  
à capite vsq, ad anuum transfixam brachia, crura, ac totum denique  
corpus clavis refertum: qui clavi ipsum maleficatum in cunctis parti-  
bus affligebant eo modo, quo in figura cerea collocati erant.* Hos ma-